



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum oriatur ex accadia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

inter peccata mortalia. Virtutibus autem theologice opponitur infidelitas, desperatio, & odium Dei, inter quæ odium, & infidelitas, si desperationi comparentur, inueniuntur secundum se quidem, id est, secundum rationem propriæ speciei, grauiora. Infidelitas enim provenit ex hoc, quod homo ipsam Deum veritatem non credit. Odium uerò Dei provenit ex hoc, quod uoluntas hominis ipsi diuinæ bonitati contrastrat. Desperatio autem ex hoc, quod homo non sperat se bonitatem Dei participare. Ex quo patet quod infidelitas, & odium Dei, sunt contra Deum, secundum quod in se est: desperatio autem secundum quod eius bonum participatura nobis. Vnde maius peccatum est, secundum se loquendo, non credere Dei ueritatem, uel odire Deum, quam non sperare consequi gloriam ab ipso: sed si comparetur desperatio ad alia duo peccata ex parte nostra, sic desperatio est periculosior, quia per sepe reuocatur a malis, & inducitur ad bona prosequenda: & ideo sublata spe, refrenate homines labuntur in uitia, & a bonis laboribus retrahuntur. Vnde super illud Prou. 24. Si desperaueris lapsus in die angustiarum, minuetur fortitudo tua, dicitur glo. Nihil est execrabilius desperatione, quam qui habet & in generalibus huius uitæ laboribus, & quod peius est, in fidei certamine constantiam perdit. Et Ild. 7 dicit in lib. de Summo bono. Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ est: sed desperare est descendere in infernum. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

A Gregor. desperationem enumerat inter ea, quæ procedunt ex accidia.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, obiectum spei est bonum arduum possibile adipisci uel per se, uel per alium. Dupliciter potest ergo in aliquo spes deficere de beatitudine obtinenda. Vno modo, quia non reputat eam ut bonum arduum: alio modo, quia non reputat eam ut possibilem adipisci uel per se, uel per alium. Ad hoc autem quod bona spiritualia non sapiant nobis quasi bona, uel non uideantur nobis quasi magna bona, præcipue perducimur per hoc, quod affectus noster est instans amoris delectationum corporalium, inter quas præcipue sunt delectationes ueneræ. Nam ex affectu harum delectationum contingit, quod homo fastidit bona spiritualia, & non sperat ea, quasi quædam bona ardua: & secundum hoc desperatio causatur ex luxuria. Ad hoc autem quod aliquid bonum arduum non æstimer, ut possibile sibi adipisci per se, uel per alium, perducitur ex nimia deiectione, quæ quando in affectu hominis dominatur, uidetur ei quod nunquam possit ad aliquid bonum reuenari. Et quia accidia est tristitia quædam deiectiua spiritus, ideo per hunc modum desperatio ex accidia generatur: hoc autem est proprium obiectum spei, scilicet quod sit possibile. Nam bonum, & arduum etiam ad alias passiones pertinent. Vnde specialius oritur ex accidia. Potest tamen oriri ex luxuria, ratione iam dicta. Vnde patet responsio ad primum.

C AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 2. Rhetor. sicut spes facit delectationem, ita etiam homines in delectationibus existentes efficiuntur maioris spei. Et per hunc etiam modum homines in tristitia existentes, facilius in desperationem incidunt, secundum illud 2. ad Corinth. 2. Ne maioris tristitia absorbeat qui cuiusmodi est: sed tamen quia spei obiectum est bonum, in quod naturaliter tendit appetitus, non autem discedit ab eo naturaliter, sed solum propter aliquod impedimentum superueniens: ideo directius quidem ex spe oritur gaudium, desperatio autem e conuerso ex tristitia.

AD TERTIUM dicendum, quod ipsa negligentia considerandi diuina beneficia, ex accidia prouenit. Homo enim affectus aliqua passione, præcipue illa cogitat, quæ ad illam pertinent passionem. Vnde homo in tristitia constitutus non de facili aliqua magna & iocunda cogitat, sed solum tristitia, nisi per magnum conatum se auertat a tristibus.

QVAESTIO XXI.
De presumptione, in quatuor articulos diuisa.

EINDE considerandum est, de presumptione.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor.

¶ Primò, Quid sit obiectum presumptionis.

odii, abominationis, tristitia, de bonis spiritualibus, & ira contra ingerentes spiritualia impedimenta carnalia. Hæc enim ex paruipensione spiritualium insurgunt: sed accidia deiectione spiritum sic, ut uideatur quod non possit ad spiritualia bona peruenire, est propria causa desperationis, quæ respicit possibile determinatum futurum bonum arduum.

Lib. 1. ca. 7. med. q. 17. art. 1. & 1. 2. q. 40. art. 1. & 2.

In corp. ar.

¶ Super quæst. uiginti prima articulum primum.

IN art. 1. q. 21. notato Nouitio primo, q. 1. sumptio, licet primo imposta sit ad significandum morale uitium in ordine ad propriam uirtutem, de quo in loco proprio inferius erit quæstio, translatum tamen est propter

G 2 simili-

ARTICVLVS IIII.

Utrum desperatio ex accidia oriatur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod desperatio ex accidia non oriatur. Idem enim non procedit ex diuersis causis: desperatio autem futuri seculi procedit ex luxuria, ut dicitur Greg. 31. Moral. non ergo procedit ex accidia.

¶ 2. Præterea. Sicut spei opponitur desperatio, ita gaudium spirituali opponitur accidia: sed gaudium spirituale procedit ex spe, secundum illud Roma. decimo secundo. Spe gaudentes. ergo accidia procedit ex desperatione, & non e conuerso.

¶ 2. Præterea. Contrariorum contrariæ sunt causæ: sed spes, cui opponitur desperatio, uidetur procedere ex consideratione diuinorum beneficiorum, & maxime ex consideratione incarnationis. Dicit enim Augustinus 13. de Trinitate. Nihil tam necessarium fuit ad erigendum spem nostram, quam ut demonstraretur nobis, quantum nos Deus diligeret. Quid uerò huius rei isto indicio manifestius, quam quod Dei filius naturæ nostræ dignatus est inire consortiū? Ergo desperatio magis procedit ex negligentia huius considerationis, quam ex accidia.

SED CONTRA est, qd. 31. Mor.



EINDE considerandum est, de presumptione.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor. ¶ Primò, Quid sit obiectum presumptionis.

¶ Super quæstionis uiginti prima articulum quartum.

IN art. 1. eiusdem quæstionis dubium occurrit de ueritate illius rationis in littera redditæ, scilicet. Possibile est proprium obiectum spei, bonum autem, & arduum etiam ad alias passiones pertinere. Et est ratio dubia, quia etiam possibile ad alias passiones pertinet. Timor enim, & audacia non sunt: nisi respectu possibili.

Ad hoc breuiter dicitur, quod hic non est sermo de possibili absolute, sed ut determinat bonum arduum. Tale enim conat solius spei est de proprio obiectu, ut ad quod. & consequenter desperatio insuta quo. Et hæc intentio auctoris patet ex eo, quod hic incedit docere, quod luxuria detinendo affectum ad carnalia, & per hoc spiritualia aut non bona, aut non magna bona afferens, non est propria causa desperationis, sed causa eorum multarum malarum passionum erga bona spiritualia, puta